

Piscis est pinguis et boni saporis. in magnis aliquando pinguitudo per dorsum vel duos digitos crassa, ceu in porco, apparet. Laudatur in cibo tum recens, tum salsus. solent enim eos in doliis salire, et per annum servare. Parvi adhuc, antequam ad tres libras accedant, simpliciter in aqua elixi, placent, sicut et lucii, trutae, mustelae fl. et alii. oportet autem rite praeparatos, aquae cum primum fervere occœpit, injicere: condire, salire, ad iuris fere consumptionem decoquere. Ubi vero iam trilibres, maioresque fuerint, pars dimidia, anterior, optime sapiet, simpliciter elixa primum, deinde perfusa iure e vino et saccharo, cum cinnamomo, pipere, croco, cymino, et modico amyli vel panis albi indurati confriatique: cuius modum augebis, si ius densare libuerit. posterior vero, et ad caudam pars, placebit ad carbones paulatim assata: deinde condita iure e vino, saccharo, cinnamomo, zinzibere, croco et malorum dissectorum tessellis: quale pro caeteris etiam piscibus assis fieri solitum est. sunt qui aceti nonnihil affundant. Pro malis aliqui cepas [Zwiebeln] minutatim consectas miscent. Denique maximi, sive recentes, sive salsi, iure caryophyllorum coloris vel crocei, sturionis instar conditi, laudantur. Hactenus Kentmanus.“

Die „Zerta vel Plicca“ des 2. Verzeichnisses ist nicht mit der „Zorte oder Zerte“ des 1. Verzeichnisses identisch. Die „Zerta vel Plicca“ genannte Fischart ist die Elbnase *Chondrostoma nasus* L. Die Erklärung hierfür findet sich in den Paralipomena p. 11—12: „De capitone anadromo illo, quem Miseni Zerte vel Blicke nominant. Zerta (inquit Kentmanus) piscis est longiusculus, argentei nitoris. squamis parvis tegitur: dorso subfusco: pinnis quae ad branchias sunt et parte supina rutilus, paucocœruleo admixto. Linea utrinque a branchiis ad caudam tendit, in qua puncta fusci coloris digeruntur. Caput ei crassiusculum, oculi pulchri, magni, albicantes: nares magnae non procul ab ore. Os molle prorsus, in quo nec dentes sunt, nec alia asperitas: sed ab initio gulae seu faucium, maxilla utrinque valida, dentibus senis oblongis vallata.*) Maximi huius generis pisces qui apud Misenos capiuntur, bilibres sunt. libram xvj unciarum dico.

Anno toto ex Oceano in Albim ascendit hic piscis: maxime vero circa Pentecosten, quo tempore parit, migrare solet: tunc etiam ad cibum praefertur, quod foeminae ovis plenae sint. Manent et pariunt in Albi, proficiuntque ipsi ac soboles: augentur enim et pinguescunt. Vescitur omne genus pisciculis, qui nullis praesertim spinis et aculeis rigeant: item muscis aliisque insectis quibus intra aut proxime supra aquam potitur.

Habetur inter optimos qui in Albi sunt assari solitos pisces. caro enim eius optimi saporis est. Rite etiam elixus non male sapit. Desquamatus nempe, exenteratus et elutus, in aquam fervere incipientem immititur: conditusque ac salitus ad iuris fere consumptionem coquitur. quo modo permulti etiam alii fluviatiles pisces elixari solent: (vulgo dicunt

Barmen auf ein silber 6 gr., ahruppen auf ein silber 6 gr., eine lamprete umb 12, 14, 18, 20 gr., einen ahl umb 4, 6, 8 gr.

(„Haushaltung in Vorwerken.“ Ein landwirtschaftliches Lehrbuch aus der Zeit des Kurfürsten August von Sachsen. Nach den Handschriften herausgegeben von H. Ermisch u. R. Wuttke, Leipzig 1910, S. 206.) — Die Fischnamen dieser Liste sind gleichlautend mit den von Kentmann mitgeteilten.

*) Je sechs Schlundzähne fand v. Siebold (a. a. O., S. 227) ebenfalls unter 51 Nasen bei 45 Individuen.